



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 34. Ordinum comitia a Maduano Duce indicta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI.

A.C. 1592

§. XXXIV.

*Ordinum comitia a Maduano Duce  
indicta.*

*Thu. l. 105.  
Avil. l. 13.*

**E**xente eodem hoc anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo Maduanus Dux ad mensem Januarii anni sequentis conventum indixerat, ac rursus die quinta ejusdem mensis hac super re edictum promulgaverat, ubi in suo scripto declarabat, quod omnes Principes, Prælatos, Proceres, & Ministros Catholicos regie parti addictos invitet, ut hisce comitiis interessent, junctisque viribus unice ad majorem Dei gloriam, publicamque tranquillitatem ea media excogitari curarent, quæ ad conservandam Religionem, Regnumque magis opportuna censuerint: postea palam contra omnes illos, qui viam adeo honestam aggredi renuerent, reclamabat, atque in eos omnia mala impostera exoritura rejiciebat.

§. XXXV.

*Cardinalis Legati scriptum circa hæc  
comitia.*

*Spond. ad  
hunc ann.  
num. 3.*

*Mezeray  
abrégé*

*Chronol. t. 3.  
pag. 396.*

**C**um in hac Maduani declaratione nulla fieret mentio de eligendo novo ejusmodi Rege, qualem illi, qui hunc Conventum haberi postulabant, eligi inten-